



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 103. Aliæ rationes per Viennensem Archiepiscopum Regi expositæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

Sæcul. XVI  
A.C. 1586.

gans, ut interpositam oppositionem non rejiceret.

§. CIII.

*Aliæ rationes per Viennensem Archi-  
episcopum Regi expositæ.*

*A.R. & mem.  
t. c. p. 97.*

Dum Delegati inter se convenerant, quod absque Cleri consensu nec ad ullam venditionem, nec ad bonorum alienationem pro reliquis quinquaginta aureorum millibus procedi queat, hinc Viennensis Archiepiscopus unacum Bononio Cardinale, Archiepiscopis, Episcopis, ac Cleri deputatis rursus alias rationes die quarta Martii Regi exposebat, declarans, quod hoc Pontificis diploma Ecclesiasticorum juribus derogaret, Clerusque maximo exponeretur damno, si in venditionem ibi concessam consentiret: insuper eadem occasione Ordo Ecclesiasticus Regi partum se offerebat, quod pro Regni necessitatibus juxta conditiones, ordinem, & normam jam antea Regi exhibitam, ab eoque acceptatam decies centena aureorum millia pendere velit, præterea iidem Ecclesiastici hæc exposebant: „Clerus, cum decimæ juris di- „vini sint, haud immerito existimat, quod „nec summi Pontificis, nec regiæ Maje- „statis suæ mens eo abierit, ut hæ alien- „narentur, aliunde vero Sixti V. diplo-

ma

„ma plura, quæ consultationibus, de- Sæcul. XVI.  
A. C. 1586.  
 „cretisque in Cleri conventu stabilitis  
 „adversantur, continet, quibus pecu-  
 „niarum exactio longe difficilior redde-  
 „retur: quinimo ipsum hoc diploma  
 „Pontificis voluntati, quam præsumere  
 „licet, contraria videtur, et si autem re-  
 „ipfa Pontifex cuncta ibidem contenta  
 „servari voluisse, atque intendisset,  
 „haud tamen ignorare debuisset, quod  
 „id absque Cleri consensu agere, a fa-  
 „cris Canonibus, & Ecclesiæ Statutis  
 „prohibeatur: si vero summus Ponti-  
 „fex de modo, quo res gestæ fuerunt,  
 „plene edoctus esset, ac præcipue nos-  
 „set, quam inique distributa fuerint  
 „illa decies centena, vel circiter au-  
 „reorum millia, quæ Regiæ suæ Maje-  
 „stati a Clero ita concessa fuerunt, ut  
 „centum viginti aureorum millia in quo-  
 „libet ex tribus postremis anni prioris  
 „mensibus solvere centur, ac insuper quin-  
 „quaginta alia aureorum millia quovis  
 „mense per integrum annum, quam-  
 „diu bellum duraret, numerarentur,  
 „nam si sua Sanctitas hæc novisset, sane  
 „intra hoc solutionis spatium, intra  
 „quod solutio decies centies aureorum  
 „millium vix inchoata est, nunquam no-  
 „vum, idque tam grave onus Clero impo-  
 „nere voluisse, minus vero id egisset, si  
 „Ecclesiastici Ordinis in Francia pauper-  
 „tatem

F f 4

tatem

Sæc. XVI.  
A.C. 1586.

„tatem , & necessitates compertas ha-  
„buisset: quocirca merito jure illius di-  
„ploma nonnisi subreptitie , atque ob-  
„reptitie impetratum censemus, utpote  
„contra Pontificis voluntatem editum,  
„proin illud omnino irritum, nullius-  
„que valoris esse declaramus: de cetero  
„Pontifichi non adeo plena in Ecclesi-  
„bona auctoritas , ac potestas compe-  
„tit , ut absque Cleri consensu juxta  
„arbitrium suum disponere valeat; id  
„enim sacrorum Conciliorum decretis,  
„Canonicis Constitutionibus, ipsisque  
„summorum Pontificum statutis con-  
„trariatur. (\*) Ad hæc Papa Archi-  
„episcopos, ac Episcopos, ceterosque  
„omnes Sacerdotes, dum ad dignita-  
„tes promoventur, interposita jura-  
„menti Religione obstringit, ne immo-  
„bilia , aut mobilia suarum Ecclesiarum  
„pretiosa bona Pontifice inscio, aut non

„CO:

(\*) Si Principes ex Ecclesiasticorum bonis  
subsidia absque Cleri consensu petunt, id  
Sacrorum Conciliorum decretis, Canonicis  
Sanctionibus, & ipsorum etiam Pontificum  
decretis præceptum afferunt: si vero Clericis e-  
dem exactio a Papa imponitur, hi id absque Cleri  
consensu sacris Conciliorum decretis, Cano-  
nicis Sanctionibus, ipsorumque etiam Ponti-  
ficum decretis adversari affirmant: quid ju-  
agat Pontifex?

„consentiente alienarent, ipse met ergo Sæcul. XVI.  
 „Papa absque consensu Titularium, & A.C. 1587.  
 „Administratorum ad præfatorum bo-  
 „norum alienationem procedere non  
 „deberet: præterea hæc clausula: in-  
 „vitis, & contradicentibus Clericis, utpote  
 „sacris Conciliis, juri que communi ad-  
 „versa a Senatu non fuit approbata..” His  
 dictis tandem hoc scriptum absolveba-  
 tur supplicando Regiæ suæ Majestati,  
 ut tandem sibi satisfactum credat  
 illis copiosissimis pecuniarum sum-  
 mis jamjam a Clero indultis, hancque  
 in rem duntaxat concessione, & Pon-  
 tificis diplomate uteretur, simul vero  
 extremam, ad quam a Rege Clerus  
 per hasce exactiones redactus esset, pau-  
 pertatem seria mente perpenderet.

## §. CIV.

*Regis Responsum ad Cleri rationes.*

**A**d hasce Ordinis Ecclesiastici rationes  
 Rex hæc in responsis dabat: „præ-  
 „ter Dei honorem, hærefumque ex-  
 „tirpationem nil ardentius desidero,  
 „easque indies novis progressibus au-  
 „geri, non sine ingenti animi mei mœ-  
 „rore intueri cogor, omnes vero meas  
 „curas eo impendam, imo nec meo  
 „etiam sanguini parcam, ut hoc ve-  
 „nenum penitus extirpem: ad id enim  
 „ipso Regis Christianissimi nomine, quod

F f 5                    „hære-